

benignitas tua mihi iure colēda. vale vale

Finit epistola cancellarij Parisiensis de susceptione humanitatis xpi allegorica. anagogica. ⁊ tropologica.

Epistola Iohannis

de Berson ad fratrem Bartholomeū carthusiē. super terciā pte libri Ruysbroech de ornatu spiritalium nuptiarum

Zenerabili patri ⁊ bone simplicitatis fratri in christi charitate dilectissimo fratri Bartholomeo carthusiē. **S**u. **J**ohannes Cancellarij indignus ecclesie parisensis Nuptiarum agni principem fieri. pridem librum quendam per te habitum cui titulus est de ornatu spiritalium nuptiarum in transcurfu legeram: nouissime illum attentius relegens cōperi mltā ibidem tradi salubria ⁊ alta documēta. **P**rima pars instruit ad vitam actiuā. **S**ecunda ad vitam spiritualem que affectualis dici potest inducit sub varijs ⁊ pulcris similitudinum manuductionib; ⁊ tropis: quorum intelligentiam soli experti plene concipiunt. **S**unt nempe ex eis que in affectu plus aguntur q̄ in intellectu: ⁊ q̄ percipiuntur amplius saporis cuiusdam intimo gustu q̄ ratiocinatione vel discursu. **T**ercia pars norificare nititur que sit excellentia vite contemplatiue: que beatifice visioni in anima appropinat. **T**radūt quidam sicut accepi. q̄ prefatum librum ydiota vnus sine litteris composuit: **E**x inde non sine miraculo ⁊ inspiratione diuina ipsum fuisse confectum patēter astruit. **E**x quo consequens esset omnia contenta in eodem esse verissima sanctissima q̄. **S**ed meum quale sit super hac re iudicium tibi nō esse celandum decreui: ne fortassis incerta aut falsa pro veritate certa. aut diuina amplecti contingeret. **S**cis quid iubet apostolus. **D**octrinis varijs ⁊ peregrinis nolite abduci. **S**ūt vt meuz interim est iudicium due partes priores satis vtilēs: in quibus nihil deprehēdi qd nō possit salua fide ⁊ morum puritate sal

uari: quāq̄ modestum lectorem in multis efflagitent. ⁊ talem qui non sit penitus expertus earum que secūda pars loquitur affectionum. **C**eterum stilus ipse libri non fordidus est nec abiectus. **C**erte tamē induci nequeo credere librum ipsum fuisse conflatum per os ydiote quasi per miraculum. **S**tilus enim ipse magis sapit ⁊ redolet humanam eloquentiam q̄ diuinā. **F**lam ⁊ poetaruz verba. vt therentij ⁊ bōetij. ⁊ philosophorum sententie ⁊ orōis cursus. ostendunt palam illic studiosam industriam ⁊ diligentie laborem diuturnuz precessisse. **P**lane impar valde est stilus diuine scripture prophetarum ⁊ euāgelistarum ab hoc loquendi genere. **Q**uāuis hīc diceret pertinax assertor oppositi. q̄ deus scientiarum dominus est. habens facultatē nunc hoc. nunc illo modo scribendi pora scribarum suorum: fatemur ita possibile fieri. **S**ic autem in proposito satis contigisse nō elucet. presertim quia testatur autor seipsum latinis verbis plurimū defudasse. **N**oc vero cur oportuisset: si fuisset tantūmodo calamus scribe velociter scribentis / spiritū sanctum loquor: qui tarda molimina nescit. ⁊ cuius velociter currit sermo. **V**erum alia potior ē ratio: que me non ita sentire compellit. **S**iquidē terciā pars eiusdem libri prozsus repudiāda rescindendaq̄ est tanq̄ vel male explicata. vel plane abhorrens ⁊ discrepās a doctrina sana doctorum: qui de nostra beatitudine locuti sunt. **N**ec stat cum determinatione expressa decretalis ponētis beatitudinem nostram cōsistere in duobus actibus visione ⁊ fruitōne cum lumine glorie. **E**t si hoc ita est in beatitudine cōsummata q̄ deus non est visio ⁊ claritas nostra essentialis sed tantū obiectalis: quāto magis erit hoc alienum in beatitudinis quādam assimilatione imperfecta quā fas haberemus hīc degustare in via. **P**onit autē terciā pars libri prefati q̄ anima perfecte cōtemplans deum nō solum videt eum p claritatem que est diuina essentia: s; est ipsamet claritas diuina. **I**maginatur enim sicut scriptura sonant: q̄ anima tunc desinit esse in illa existentia quā prius habuit in pprio genere: ⁊ cōuertitur seu transformatur ⁊ absorbetur in esse diuinum: ⁊ in illud esse ydeale defluit qd habuit ab eterno in essentia diuina: de q̄ esse dicit Iohes

Contra tertiã partẽ libri ruyfbroech

In euãgelio. **Q**uod factũ est in ipso vita erat
Et hoc esse p̄supponit autor iste causã no
stre existentie temporalis: et esse vnũ cũ eo
fm essentialẽ existentia. Addit q̄ perditur
anima p̄templãtis in esse tali diuino aby
salizata vt repibilis nõ sit ab aliqua crea
tura. Similitudo talis possz adduci que
nõ tamẽ ab ipso ponit: si gutta modica vi
ni in mare dilaberetur: constat q̄ mox ab
sorpta cõuerteret in illud. **D**ec positio
deficit in multis. **Q**uãq̄ nõ facile induce
bar aliquid falsitatis suspicari in illa ter
cia parte: quãdo in alijs prioribz tot vera
altaz p̄sperãq̄ etia legebã obtestatio
nes autoris ne cito damnaret a nõ intelli
gentibz ne pessimarent. **E**t qz p̄fecto pro
nior debet esse doctor omis ad pie interp
randum dicta aliena si fieri possit absqz si
dei et simpliciũ periculo: q̄ ad rigide con
demnandũ. **A**t vero diligẽs et repetita in
spectio dictoz illozum magis ac magis i
illis errorem aperuit. **D**ec autem sũt pau
ca de dictis suis excerpta ad litteraz. **A**it
em̄ secũdo capitulo. terciẽ partis. **I**n ipsa
quidẽ sui vacuitate p̄ fruitiũ amorẽ spi
ritus perdit semetipm. **D**eniqz claritatez
nullo intermediante suscipit ac sine inter
missione ipsa fit ea claritas quam accepit.
Et terciõ capitulo: dependetqz nostrũ esse
creatum ab esse eterno: et fm essentialẽ exi
stentiam vnũ cũ illo est. **S**equit̄: vniuersi
quoqz supra sui creationẽ in vite cõtem
platiue altitudinẽ sublimati/ vnũ sunt cũ
hac deifica claritate/ imo ipsa claritas ipi
sũt: vident proinde sentiunt et inueniũt p̄
hoc deificum lumẽ se fm esse vitãqz suã in
creatam. eandẽqz fore simplicẽ diuinitatẽ
abyssum. **S**equit̄: atqz cũ eo quo videt et
qđ vident lumine idẽz sũt. **E**t primo ca
pitulo dixerat. **U**niuersi deuoti spiritus
vnũ cũ deo p̄fundo amoris defluuio sicut
defecti nõ quomodolibet quidẽ vnũ s; id
ipsum qđ est ipa in se essentia dei eo modo
quõ beatifica beatitudo. **E**t q̄rto capitu
lo exp̄sius ait. **I**lluc spiritus est supra seip
sum trãslatus et deo vnificatus gustãz vi
densqz in vnitate viuide abyssus: in qua se
se fm esse suũ increatũ possidet immensas
diuitias q̄ ipemet iuxta eũ modũ quo eas
deus gustat et videt. **E**t his et similibz di
ctis intentionem autoris fuisse qualẽ di
ximus. **N**eqz em̄ de ipa que latet aliunde.

q̄ ex scriptis suis sumi potest certitudo.
Quod si deficit autor in explicando sicut pa
lam aut errat aut deficit sibi imputet qui
nõ solum litteratis doctisqz. sed indoctis
etia et rudibz taliter locutus est. **S**ed ne
qz ammirari vel indignari quispiã debz. nec
de temerario iudicio arguere eos q̄ legen
tes eũ p̄sertim imbuti in sacris litteris in
tentionem suã ex verbis colligũt/ collectã
examinãt/ examinãtã se dicunt intellige
re. et intellectã si erronea est rephendere nõ
omittunt. **N**õ enim maioris sanctorisue
autoritatẽ est autor q̄ sanctissimi diuinis
simiqz theologi doctores nostri/ qui tũ di
cta sua alioz examini libero. vt **A**ug. ait.
iudicãda reliquerũt. **D**eniqz materia ter
cie partis nõ est de illis q̄ per defectũ et ex
perientiã s; per intellectũ sanctis inspira
tum/ cognoscuntur et scripta sunt. **N**oruz
autẽ noticia et dñdicatio p̄cipue apud ex
ercitatos theologos in sacris litteris que
renda est. nõ apud deuotos solum. **A**m
plius non ignoro/ fuisse et esse quosdam ex
theologis disputãtes satis curiose si pos
set de absoluta potẽtia anima rationalis
cognoscere formaliter beatificari p̄ diui
nam essentiam absqz medio alio. ita qđ de
esset ipsi anime sua cognitio et fruitio non
tantũ obiectalis s; quasi formalis. **D**ocẽ
deus nõ solum esset cognitio que cogno
sceretur ab anima. sed per quã anima ipa
cognoscere. et pari modo de fruitione.

Quicquid vero sit de possibili nullũ ita
esse de facto p̄sumit asserere. **N**am ecclesia
stica determinatio ad oppositũ est. **N**ul
lum vsqz inuenio theologũ. qui non dico
posuerit. sed qui vllam omnino fecerit q̄sti
onem qđ per talem modum qualis explica
tur ab hoc autore. anima posset deum vi
dere et beatificari in eo. neqz de facto neqz
de possibili tanqz videlicet anima desine
ret existerẽ in esse p̄prio et transformaretur
in illud esse diuinuz ydeale quale habuit i
deo ab eterno. **Q**uoniã vt interim dispu
tationem de ydearum pluralitate in deo
omitam que a multis ignorãter ponitur
si corpus xpi vel aliud corpus beatifica
tum hoc modo perderet animã suã in sua
contemplatione et beatificatione pro illa
haberet essentiam diuinã ipsum formaliter
viuificantẽ. **A**liquin esset absqz vita.
Sed nec anima esset tunc eiusdẽ speciei si

cut prius. quippe nō haberet aliud esse et
 viuere q̄s habuit ab eterno in arte diuina.
In quo esse sicut erat ab eterno anima q̄
 libet etiā damnata vita diuina erat beati-
 tudo sua. Porro corpus humanū nō pos-
 set in gloria rep̄ire animā suā ad sui viuifi-
 cationē formale aut si posset iā anima nō
 esset p̄dita. q̄liter ip̄e loquit̄. **A**lie demū se
 querent̄ innumerabiles absurditates. q̄s
 p̄sequi longū esset. **S**z videbit̄ fortas-
 sis p̄ ista assertionē facere illud apl̄i s̄bz
Qui adheret deo vn̄ spūs est. **E**t multa
 xp̄i dicta sūt in hanc sententiā imp̄cantis
 patr̄e. vt fideles vnū sicut pater et filii ip̄si
 sunt vnū. **D**udū vero certa est sanctorū pa-
 trum sup̄ his expositio dicentiū illā vni-
 tatem nō esse essentialē nec p̄cīsam simi-
 litudinē: s̄ sola ibi notat̄ assimilatiō et par-
 ticipatio. quēadmodū dicit lucas q̄ mul-
 titudinē credentiū erat cor vnū et anima
 vna. **E**t de duobz amicis tridem dici vul-
 garis vsus habz. **Q**uēadmodū etiā carbō
 ignit̄ et aer illuminat̄ vnū appellant̄ euz
 suo igne et lumine. **D**oc tropo p̄bat boeti-
 us hoīez bonū esse deū iuxta illō ps̄. **E**go
 dixi dii estis/ nō quidē p̄ veritatē et vnita-
 tem diuine essentīe et locutionē p̄p̄riā/ sed
 participatiue et assimilatiue imitatiue et
 nūcupatiue. **Q**z si autor iste pari modo re-
 spōderet se dicta sua intellexisse d̄ vnifica-
 tione spūs cū deo. nō p̄tendo neq̄ p̄ tradi-
 co cōtra intentōez/ s̄ explicatiōē alit̄ so-
 nare nō dubitō: qm̄ p̄terea nihil magnū
 diceret de contemplātibz vltra om̄es gene-
 raliter qui sūt filij dei p̄ gratiā ad optōnis
Diraberis forte pater in xp̄o dilectis-
 sime miraberis hec audiens. quo pacto in
 talem errorem vel insciciā vir tam deuot̄
 et instruct̄ corruerit. **N**oli solū mirari sed
 time et humiliter sapere iugiter stude. quā-
 do audis nō istū tantū modo/ sed alios in-
 numeros qui non parue videbant̄ sancti-
 tatē circa veritatē denūisse quoz aliquos
 ip̄e autor iuste reprehendit in fine secūde
 partis. qui blandiebātur tamē sibi de sub-
 limitate cōtemplationis legis. quēadmo-
 dum p̄bat eos a demonio meridiano su-
 isse seductos. **E**rat aut̄ de secta begardoꝝ
 que olim p̄ ecclesiastica decreta damnata
 est. **E**rat sicut estimo autor iste proximū
 eorum tempoz: potuitq̄ fieri vt cōtra su-
 am imaginatiōē de beatifica visione vel

cōtemplatiua que forte tunc cōmunis s̄
 bi erat cū multis. decretalis expressa con-
 dita sit: constituens beatitudinem in duo-
 bus actibus. **P**reterea nō est necesse vt iu-
 dicetur fuisse pertinax hereticus ante hu-
 iusmodi determinationē: si tunc et postea
 semp̄ paratus erat audire ecclesiam: nunc
 vero sec̄ esset in alijs. **P**ostremo atten-
 damus precor quo pacto sibi cauere ha-
 bent om̄es in sacris l̄ris non satis imbuti
 neq̄ eruditi p̄ diuturnū ac vehemēs studi-
 um/ v̄l ne talibz tractatulis insolit̄ nimis
 adherēat/ quāq̄ ml̄ta vera sint. **N**ō em̄ p̄-
 suadet demon falsa sine p̄mixtione veroz
Ne subinde p̄sumant ip̄i theologicas ar-
 duasq̄ materias nouis s̄bz et p̄ sua esti-
 matione affectioneq̄ rep̄ertis p̄tractare.
Nobis em̄ ad certam regulā loqui fas est
 inquit **A**ug. alioquin secus agentes faci-
 lem ad precipitiū sibi viā sternūt. **A**d tali-
 um itaq̄ questionū determinationē aut
 ad eas plane intelligēdas vel explicandas
 nō sufficit q̄ homo sit deuot̄ et sit adept̄
 illā cōtemplatiōis speciē sanctissimā p̄sus
 et optimā que versat̄ in affectōe et seruoze
 charitatis quādo scilicet homo transit in
 affectum cordis ad virtutes. **H**anc enim
 speciem contemplationis adipisci et con-
 descendere fas habent etiam ip̄se mulier-
 cule et ydiote sine litteris p̄supposita si-
 de simplici: et plerunq̄ facilius q̄ viri ma-
 gno ingenio et litteris sacris predicti. qui i
 altera contemplationis specie longe p̄re-
 cellunt. **D**ec autem species altera contē-
 plationis versari ponitur in perscrutatio-
 ne diuinarum virtutum per quas fides
 saluberrima sicut ait **A**ugustinus gigni-
 tur. nutritur. defenditur. roborat̄. **Q**z em̄
 secari possint ab inuicem he contemplati-
 onis species. et experiētia doctric est. et hu-
 go significat dicens: sepe amor intrat. vbi
 cognitio foris stat. **N**ullus tamen p̄prio
 vocabulo dici debz cōtemplatiuū v̄l sapiēs
 et p̄fect̄ theoloḡ q̄ prima cōtemplationis
 specie caruerit. **V**ult ergo aliq̄s esse et dici
 vere sapiēs: habeat vtrāq̄ cōtemplatiōis
 speciē. illaz videlicet affect̄ q̄ saporē dat.
 et illam intellectus que scientie luminosū
 ratē p̄stat. vt cōstituat sapiētia id ē sapida
 scientia. **Q**z si altera carendum esset. eligi-
 bilius iudicaretur cōmunicare in prima
 q̄ in secunda: sicut optabilius est habere
 bb y

Defensio iohannis d' scoenbauia dictoy

pium affectum humilem et deuotum ad deum quod intellectum frigidum solo studio illuminatum. Scientia quippe inflat: intellige si sola est: charitas edificat. Nihilominus ubi de veritate fidei queritur tradita in sacris scripturis: magis interrogandi consulendique sunt theologi vigentes in contemplatione secunda: quam ydiote pollentes in prima: secluso in eis patenti reuelationis miraculo: et nisi forte manifesta esset in huiusmodi theologis deprauatio intellectus: et intolerabilis morum perversitas: que etiam mentiri quandoque facit non tantummodo circa fidem: sed circa mox principia ut apostolus et Aristoteles. cum experientia testantur. Adde adhuc quod sicut ex caritate pius affectus et magis ex infectione eius per vicia errant nonnunquam peritissimi in sacris scripturis. eccecauit enim eos malicia eorum: et dati sunt in reprobum sensum: ita ex paruo lumine intellectus et parua logica prolabantur quandoque in errores periculosissimos illi qui magnorum sunt erga virtutes affectuum: quales apostolus notauit habere zelum sed non secundum scientiam: adeo ut si non humiliter sapiant: et nisi sese contrahant intra metas sue cognitionis: nulli pertinacius inueniuntur neque absurdius errores confingere. Propterea non leuiter scribere debent vel docere: sed nec absque cautela magna adherendum est eis: non preuia discussione diligenti et doctorum examinatione. In talibus quippe plurima sepe reperimus aut falsa aut male explicata: ac proinde multa erroris materiam prebetia simplicibus: quaque in multis diuina altissimaque sint. Inter tales scripturas narratur aliquae narrationes aut regule vel doctrine particulares aliquorum patrum veterum: que magis admirande quam imitande dicuntur. Quoadmodum Iohannes qui clymachus dicitur ponit virtutes esse impassibilitates: et quedam valde austeras super penitentia et peccatis. Et cassianus de libero arbitrio notatus: Et alij alia parum examinata aut nimis rigida tradunt que communis scholae theologice veritatis merito non admittit aut requirit. Quoadrem bonum est mel cum sauo. sapor scilicet deuotionis cum lumine eruditionis: aut si alterum dumtaxat obrigerit. vratur quilibet dono suo. ambulet in vocatione sua abundet in sensu suo: et cor

medat mel quantum satis est. non plus sapiens quam oportet. Rectum quidem verbum enunciat. Quod ab ipso postea Hieronimo non longe a materia traductum est. Quod medicorum est promittunt medicis tradunt fabrilia fabri. Conformerter satis ad illam logicorum maximam. Unicuique in sua arte perito credendum est. Bene vale pater et frater in christo apud quem tuarum me orationum participem fac. Amen.

Explicit epistola magistri Iohannis de Serfion ad fratrem Bartholomeum cartbusiensem. de libro Ruybroech.

Incipit libellus fratris Iohannis de schoenbauia qui nititur defendere quedam dicta fratris Iohannis Ruybroech contra magistrum Iohannem de Serfion Cancellarium parisiensem.

Quonia qui dam doctor eximius parisiensis artis theologice quedam dicta fratris Iohannis de Ruybroech in libro quod intitulat de ornatu spiritualium nuptiarum minus iuste ut opinor calumnia et reprobata asserens doctrinam eiusdem viri in quibusdam passibus et specialiter in tertia prepositi libri esse erroneam a regula theologice veritatis ac traditione sanctorum patrum et doctorum discrepantem. et ob hoc non esse recipiendam et abiiciendam. Adcirco ut veritas huius doctrine quam a spiritu sancto arbitror effluxisse et emanasse. quod magis est veritas et non erroris planius luceat. in quantum tenuitas mei ingenii et exiguitas mee scientie appetat. tria per ordinem facere dei gratia aspirate attemptabo. Primo intentione verborum suorum quantum ad ea que ibi arguuntur et reprehenduntur et tamquam erronea iudicantur explicabo. secundo qualiter hec doctrina non sit noua adinuentio et suspiciosa. scilicet omnino suis notatissimis doctorum catholice fidei persona et ipsorum auctoritate commedata et approbata putans dederit explanabo. Et tertio qualiter rationes obiecte minus efficaces sunt nec pre dictam doctrinam euacuant declarabo.

Quantum ad primum est sciendum quod frater Iohannes de Ruybroech auctor predicti libri